



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 61. Rex cum copiis Petrum Alliacensem, & Bucicaldum Marescallum
Avenionem mittit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Juv. Ursin. de Tureio ceterorum nomine perorans, pereleganti sermone Regi exposuit, quam utile, imo quam necessesse sit, ut Rex eorum precibus deferret, se nihil, quod veritati apprime consonum non foret, contra Benedictum dixisse subjungens; Cui Cancellarius nomine Regis respondit: incarcerationem Pontificis ex capite hæresis Regi non competere, cetera vero cum illis, atque Prælati Galliæ maturiori discutienda examine.

Juv. Ursin. Histor. Caroli VI. p. 134. Monach. S. Dionys. l. 18. c. 10.

§. LXI.

Rex cum copiis Petrum Alliacensem, & Bucicaldum Mareschallum Avenionem mittit.

Petrus de Alliaco An. 1396. Episcopus Cameracensis nominatus, qui paulo post Romam missus erat, Bonifacio cessionem persuasurus, corrente anno 1398. circa mensem Majum redux, jussu Regis denuo Avenionem proficiscitur, comitante Joanne Maingrio Bucicaldo Franciæ Mareschallo una cum copiis suis, ut Benedictum

dictum vel per compositionem amicabilem, vel quacunque alia via ad abdicandum Papatum urgerent.

Episcopus Cameracensis cum Mareschallo Lugdunum usque pervenit; inde vero, cum ab invicem discederent, Episcopus solus iter suum prosecutus est, Mareschallo Lugduni relicto, ubi ulteriora mandata expectare iussus est. Petrus de Allia-
 co Avenionem delatus, salutato Pontifice, negotium sibi concreditum exposuit, affirmans, Galliae Regem, & Imperatorem mutuo consensu statuisse, ut uterque Pontifex dignitatem suam abdicaret. Ad hæc verba Benedicto toto vultu rubor emicare, tandem vero respondere, se pro Ecclesia multos sustinuisse labores, legitime electum fuisse, & tamen nunc ad cedendum cogi, se vero id, quoad vixerit, facturum nunquam, velleque, ut ipse Galliae Regi significaret, se ejus Imperio nequaquam obtemperaturum, sed nomen, dignitatemque suam usque ad mortem conservaturum. Postera die denuo alia occa-

Hist. Ecclesiast. Tom. XXV. m sione

fione Episcopo Cameracensi mentem suam sic aperuit, „ Dic, inquit, Filio „ meo Gallix Regi, quod eum huc „ usque tanquam bonum Catholi- „ cum veneratus sim, fraude tamen „ aliorum non ita pridem seductum „ suo tempore poenitebit. Quare „ bonis consiliis se regi sinat, nihil „ que agat, quo conscientiam lædat. „ Demum ira excandescens, se legiti- „ mum Papam esse, nec Tiaram dimis- „ surum, etiamsi cute exuendus esset, „ sæpius repetiit, ac discessit. Epis- „ copus vero sumpto prandio, equo „ vectus, Villanovam, inde Balneo- „ lum oppidum in Gallia situm venit, „ ibidemque pernoctat, ubi Bucical- „ dum Mareschallum S. Andreae por- „ tum nono lapide ab Avenione disti- „ tum subiisse comperit.

§. LXII.

*Bucicaldus Mareschallus Avenionem
expugnat.*

Ergo Petrus Alliacensis Bucical-
dum Avenione convenit, inde ve-
ro